

dit etiam meritum mensuram, gradum, quantitatem. Quo munere expleto, succedit iustitia commutativa, quae rependit iuxta dispositionem factam a iustitia distributiva stipendia, gradus, officia, beneficia, iuxta diversitatem & meritum, & prerogativam, quae efficiunt candidatos digniores. Haec doctrina sola posita, quae a nemine negari iure valet, in sumum delinquit omnes adversariorum obiectiones.

XVIII. Obiicitur 2. Si beneficium deberetur digniori, Episcopus eligens Paulum quem reputat digniorem in conspectu Petri, cognato errore, quod Petrus dignior sit, a Paulo deberet hoc auferre beneficium, illudque concedere Petro. Accedit in hac positione licere digniori convenire cum digno, illique pecuniam offerre, ut desistat a concursu. Tandem dignior nullum habet ius ad hoc beneficium. Ergo nulla restitutio facienda est sive a collatore, sive ab impediente.

XIX. Rsp. Obiectiones istae, & aliae similes, quas congerere adversarii solent, ex doctrina data corrumpunt. Quando Episcopus, & quilibet alius elector elegit quem quem, praemissa debita diligentia, existimavit digniorem, sanctus officio suo est. Iusta enim fuit electio. Ergo ad nihil amplius elector tenetur. Aliud absurdum vanum est: tum quia nemo candidatorum index est propriae habititudinis (quique enim digniorem esse reputat) tum etiam quia tunc solum licet offerre pecuniam ad redimendam vexationem, ut docet S. Thomas 2. 2. *quasi. c. cap. 2.* quando iam titulus, vel possessio beneficii habetur.

Ad redimendam enim vexationem non sufficit ius ad rem, sed requiritur ius in re. Candidatus dignior ante collationem beneficii ius meritum habet ad rem, non in re; ideo veritum illi est offerre pecuniam digno. Si moniam enim manifestam hoc in causa committeret. Quod ultimo loco oppositum est, seipso corrumpit. Licet enim dignior non habeat ius in re, habet tamen illud ad rem. Et qui hoc ius laedit, iuxta prudentem estimationem referatue damnum debet.

XX. Quasi. VI. *Causam facienda est restitutio ad lesionem iustitiae in honorum communium distributione?* Resp. Communis sententia docet, restitutionem faciendam esse tum digniori praetermissio, tum Ecclesiae, sive communitati, vel Republicae. Nam quando eligitur dignus, praetermissio digniore, iniuria fit tum Ecclesiae, tum digniori. Ergo utraque pars laesa restitenda est. Quod Ecclesiae, sive Republicae, sive Communitatis laesa fit, evidens est. Nam Ecclesia hoc pacto, ut mi-

nus implicito, facultatem contulit Episcopo, ceterisque bonorum communium administrantibus ut sibi de dignioribus ministris providerent. Ergo qui hoc pactum gravissimum cum Republica, sive Ecclesia intum violat, iustitiam communitatem infringit. Quid quod adversarii ipsi fatentur, electores eligentes indignum, praetermissio digno, teneri ad restitutionem? Sed dum eligunt dignum, praetermissio digniore, reapse indignum eligunt: dignus enim in conspectu dignioris indignus evadit; quidquid in oppositum dicant Probabiliter. Ergo aequo in secundo ac in primo casu ad restitutionem tenentur tum collatores omittentes, tum impediens digniorum electionem. Plura praetereo, in tractatu de beneficiis explicanda.

CAPUT IX.

De causis cooperantibus ad damnum alterius.

I. **H**Actenus de iis qui, ne bona conferantur hominibus, impediunt, actum est. In praesentia de illis mercedem habebimus quia ad damna proximo inferenda concurrunt aut operi forendo, aut non obstando. Nam plures influere causas solent in alterius malum, & damnum. Aliae priores sunt, & proximae, quae damnum exequuntur; aliae quae mediate tantum concurrunt. Nunc, nam de executoribus damni, sed de cooperantibus damntaxat, Novem personarum genera Theologi recensent, quae in alterius damnum aut positive, aut negative cooperari valent.

II. Primum omnium praetermittere interel doctrinam quam habet S. Thomas 2. 2. *quasi. lxxii. ar. 7.* Ad restitutionem tenetur aliquis, non solum ratione rei alienae quam accepit, sed etiam ratione iniuriosae acceptiois. Et ideo quicumque est causa iniuriosae acceptiois, tenetur ad restitutionem. Quod quidem contingit dupliciter; directe scilicet, & indirecte. Directe quidem, quando inducit aliquis alium ad accipiendum: & hoc quidem tripliciter. Primo quidem modo ex parte acceptiois, movendo ad ipsam acceptioem; quod quidem fit praecipiendo, consulescundo, consentiendo expresse, & laudando aliquem quasi strenuum de hoc quod aliena accepit. Alio modo ex parte ipsius accipientis, quia scilicet eum accipit, vel qualitercumque ei auxilium fert. Tertio modo ex parte rei acceptae, quia scilicet particeps est sicuti vero, quando aliquis non impedit, cum recte oportet, quando aliquis non impedit, cum possit, & debeat impedire: vel quia subtrahit praecipuum, sive consilium impediens furum, vel

vel rapinam; vel quia subtrahit suum auxilium, quo possit obistere; vel quia occultat post factum: quae his verbis comprehenduntur.

Indo, consilium, consensus, palpo, reclusus, Participans, mutus, non obstant, non manifestans.

Sciendum tamen, quod quinque praemisorum semper obligant ad restitutionem. Primo iniqua quia scilicet ille qui inducit, est principaliter movens, unde ipse principaliter tenetur ad restituendum. Secundo consensus, in eo scilicet sine quo rapina fieri non potest. Tertio recursus, quando scilicet aliquis est receptor latronum, & ex patrocinium praestat. Quarto participatio, quando scilicet aliquis participat in crimine latrocinii, & in preda. Quinto tenetur ille qui non obstat, cum obstat tenetur: sicut Princeps, qui tenetur custodire iustitiam in terra, si per eorum delictum latrones increment, ad restitutionem tenetur: quia redditus quos habent, sunt quasi stipendia ad hoc instituta ut iustitiam conservent interva. In aliis autem casibus enumeratis non semper obligatur aliquis ad restituendum. Non enim semper consilium, vel adulatio, vel aliquid huiusmodi est efficax causa rapinae. Unde tunc solum tenetur consistit, aut palpo, id est adulatio, ad restitutionem, quando praebuitur estimari potest quod ex huiusmodi causis fuerit iniuste accepto subsecuta.

III. Nonnulla quae penes omnes certa sunt, praemittit. Quia alicui parato ad malum inferendum, subdito omni consilio, & suasionem, annuit, peccat quidem contra caritatem, sed contra iustitiam. Idcirco a restitutione liber est. Quia tunc nullo modo insuit in damnum; cum executor paratus & firmiter determinatus esse ad illud malum exequendum. Igitur ut quis restitutioni subiectus ratione cooperationis sit, requiritur ut cooperatio hac causa efficax fuerit, habuerit influxum in malum alterius, ut clarius probabit infra. Et quoniam argumentum praemittit amplum aperit disputandi campum, idcirco caput illud in plures tribus paragraphos.

§. I.

Nonnulla quaestiones resolvuntur.

IV. **Q**uasi. I. Qui non paratum ad inferendum damnum movet ut illud inferat, tenetur ne ad restitutionem, si alius reipsa induxisset executionem ad tale malum irrogandum? Resp. Suae Petri mi-

nime parato ad furandum, ut foretur, & furatur reipsa; tamen si tu non consiliosus, alius induxisset Petrum ad tale committendum furum; alitergenis ne tu, restitutioni? Adfirmat communis sententia. Ratio evidens est. Tu reversa tuo consilio, suasionem, aut mandata causa efficax es illati damni. Quod executor ab alio iniudico consilio, ut ius fore inferendus ad hoc malum perpetrandum fuisset, efficit ne ut tu reipsa ad malum exequendum furum non induxeris? An non potest a diversis causis dividere, ut dicitur idem profectus effectus?

V. Quasi. II. Qui alium paratum ad malum committendum movet ut celerius illud exequatur, ad quid tenetur? Resp. Caietanus, Soto, Tapia, Lessius, Bonacina, Ledelma docent, consiliorem hunc ad totum damnum restitendum alitergeni. Salmanticenses tractat. *xiii. cap. 1. punct. 5. sum. 112.* negant hunc ad totum malum compendendum teneri, sed solum ad illud amplius in quod suo consilio insuit: & citant pro hac sententia S. Thomas, S. Antoninum, Prado, Dianam, Layman, Lugo, & alios.

VI. Praecisus circumstantis, si res absohve spectetur, prior sententia mihi probabilior est. Quoniam qui movet malefactorem paratum ad furandum, ad occidendum &c. ut celerius furaret, occidat, non solum movet ius accelerationis, sed ipsius actionis, sive substantiae pravivatis causa est: quandoquidem modus actionis ab ipsius actionis substantia separabilis non est. Ergo qui consilium, suadet, praecipit ut Petrus citius furaret, non modo in accelerationem, sed in ipsam substantiam actionis insuit. Id autem quod mihi probabiliorum hanc reddidit opinionem, est quod dum tu suades ut Petrus hoc die perpetrare furum, homicidium, quod ille post hebdomadam, post mensem, sive etiam post unum & alterum diem perpetraturus erat, reipsa totius damni causa es. Quoniam Petrus infra hoc spatium mutare parvum animum, & ad meliorem se se revocare tragem potest.

VII. Respondent Salmanticenses, se loqui in hypothesis, quod nulla sit spes consilii mandandi. Si enim spes illa, inveniunt, adhibeas procul totum restitendum damnum est. Verum hypothesis istae arbitrarie sunt, & chimericae. Causa qui in praxi succedunt, modo resolvimus. Porro si praxi spectetur, quid humano animo mutabilis? Quo fundamento definiti & flatu potest, Petrum paratum ad furandum, vel occidendum, firmiter perseveraturum in hac parva delibatio-

ratione? Humanus animus suapte natura mutabilis est. Fingere hypothese contra id quod natura sua evenit, quod aliud prodit quam arbitrarías chimaras? Perperam ergo secundarí opinionis Auctores obtrudunt, lelo quo in hypothesi quod nulla fit mutandi consilii spes: quoniam concipi eiusmodi spes prudenter nequit, cum humanus animus natura sua mutabilis sit. Ergo qui consilium, suadet, precipit ut Petrus hodie committat furum quod cras, aut alio die, vel post mensem perpetraturus erat, causa totius damni est: ergo integrum relascire astringitur damnum istud.

VIII. Aboluitur igitur prior sententia mihi probatur, quoties inter executionem & consilium tantum temporis spatium interluit quod humanus animus moraliter mutari possit. Contra, si in prociñdu Petrus esset furandi, occidendi &c. & tu consilio tuo infligaris in illico malum perpetraret, tum iuxta circumstantiarum diversitatem disputari, & deliberari posset, quantum damni relascidendum a te foret. Abique fundamento pro contraria, quam consulti, opinione Salamancaenses S. Thomam citant. Nam S. Doctór in *I. d. d. xv. q. 4. v. art. 5. ad 3.* duo requirit, ut consilium teneatur ad restitutionem: videlicet ut probabiliter credat consilium suum fuisse efficacem & quod sine eo iniusta ablatio non esset commissa. His ultimis verbis nostram firmat sententiam S. Thomas: nam quoties inter executionem & consilium tempus congruum aptumque ad mutandum consilium interluit, definitur minime potest quod, sublato consilio, mali executio successisset.

IX. Omnes ergo adfirmant, restitutioni subiectum eum esse qui alterum movet ad malum inferendum: & oppositam doctrinam damnavit Ven. Innocentius XI. in hac 39. prop. Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad restitutionem istius damni illati. Verum quamvis in hac explodenda doctrina absolute conveniant, tamen pluribus quæstionibus eam implicat: si enim dubitatio accedat, non consilium tum influentem habuerit in malum respiciendum, continuo te Probabilitate a restitutionis onere liberant. Sed eiusmodi varia commenta alibi profragavi.

X. Quæst. III. Quando dubium occurrit nim aliqua ex recentibus cooperantibus in duobus versibus contentis causa efficiat damni fuerit, teneris ne ad restitutionem? Resp. Explicanda quæstioncula est. Dubitare potes, num consiliarius, inferens, mandaveris &c. aut certus de consilio, infusione, mandato, dubitans num malum secutum sit; vel

dubitas, an tuum consilium, mandatum &c. causa efficiat fuerit damni secuti. Salamancaenses tract. xiii. cap. 1. p. 1. §. 5. num. 113. absolute, nulla facta distinctione, negant te restitutioni obnoxium esse: & citant pro hac opinione Diezfillium, Bonacinum, Sayrum, Rebellum, & alios, immo ipsum D. Thomam. Et nituntur illi regule: In dubio melior est conditio possidentis. Sed istius regule abulum fusc labefacto in tractatu de conscientia, nempe in Tom. II. Apparatus ad Theologiam Christianam.

XI. Dico itaque. 1. Quando dubitas, dederis ne consilium, mandaveris, iusseris &c. a restitutione liber es. Quoniam nemo præsumitur malus, nisi probetur. Idecirco leges hoc in casu non præsumunt, ut habetur l. 2. §. condition. ob turpem causam.

XII. Dico 2. Quando certus es de consilio, infusione, mandato &c. dubitas vero secutum ne damnum fit: tum pro gradu dubii, seu incertitudinis damnum compensare astringeris. Siquidem dum certo constat causam suapte natura inferentem damnum esse positam, & dubium est ne respiciendum sit: tum periculum est ne respiciendum indistinctum fuerit. Periculum ergo est te iniustitiam commisisse. Ergo subducere te hinc periculo debes. Nullum quippe nisi sine naturali, sive divino, sive humano, permittit ut in tanto periculo permanes, quemadmodum alibi demonstrevi. Quid quod leges ipsæ humane iubent ut venditor iustus retis, si iacere noluerit, præstet ultimionem evens incerti? l. Si iactum, 12. ff. de act. empt. Si iactum retis emere, & iactare rete piscator noluit, incertum eius rei estimandum est. Tenetur hic piscator ex iustitia? Ergo & malefactor tenetur ex iniustitia actione polia.

XIII. Dico 3. Quando certus es & de consilio pravo, mandato &c. & de damno secuto; dubitas vero, num tuum consilium, mandatum &c. fuerit efficiat causa damni secuti; restitutioni te obnoxium asserunt aliqui pro rata dubii, & incertitudinis. Plures alii, nempe Molina, Covarruvias, Bonacina, Lessius, Sanchez, Merola, alique ad totum damni compensationem te obligant. Idque evincunt, quia iuris præsumptio observanda est, quando veritas non patet. At quoties constat te potuisse causam suapte natura inducentem furam, homicidium, sive quodlibet aliud damnum, iura præsumunt damnum illud ex tali causa profectum esse, l. Qui in aliena §. 4. ff. de acquirend. heredit. ubi præsumitur mandatarius egisse ex mandantis

dantis præcepto. Et reg. iuris 45. in 6. Inspecimus in obscuris quod est verisimilitas, vel quod plerumque fieri consuevit. Sed dum mandatarius mandatarius imperium exequitur, verosimilitas est vi talis mandati egisse: quia hic plerumque evenit. In quo tribunali ad hoc mittitur exceptio, damnum secutum non esse vi mandati, quando certo constaret damnum esse secutum, & mandatum impossibile fuisse? Et respici cap. Ad audientiam 12. & cap. Significasti 18. homicida, & irregularis præbitur is qui certus est de voluntate, dubius autem heret, num ex tali volunere secuta mors sit. Et ratio quæ ibi assignatur, est, quod in dubiis sentiam eligere debemus tutiorem. Ergo quemadmodum tutius est in hoc casu se gerere tamquam homicidam, & irregularem; ita tutius est in casu nostro restituere: pro eo quod, inquit Innocentius III. cap. Significasti, in altero multum, in reliquo vero magnum periculum timeatur. Hanc eandem sententiam confirmare videtur S. Thomas 1. 2. quæst. 121. art. 7. ubi inquit: Tunc solum tenetur restituere, quando probabiliter estimari potest, quod ex huiusmodi causis fuerit iniusta acceptio subsæcna.

XIV. To probabiliter S. Doctór in suo veto, & sequendo sensu accipit, pro morali scilicet perfusione & certitudine. Illo enim tempore trix probabiliter nondum obicurrerant christianam Theologiam. Quando itaque adest certitudo moralis, damnum ex recentibus causis secutum esse; tum restitutio totius damni necessaria est.

XV. Ceterum, ut colligant Casuista, me in severiora non propendere, sed in veritatem; licet laudati Probabiliter contendant, consistentem, mandantem &c. teneri ad restitutionem totius damni secuti; mihi tamen probabile valde est, hunc teneri dumtaxat pro rata dubii: quia non videtur eodem ore, & pœna multandum esse eum de quo solum dubitatur, & ex dubio probabiliter tantum præsumitur causam fuisse damni secuti, ac alterum quem certo constat respiciendum fuisse damni. Et sane omnia tribu-nalia mitius puniunt reum criminis certo probati.

XVI. Hæc tamen ex pluribus circumstantiis pendere certum est: nam tales occurrere consueverunt possunt, ut præsumtionem elidant, & infringant. Nam si homicida antecederet ad consilium edidit in occitum ardebat, paratissus ad occidendum, a pique erat ad executionem, utrope audax, & fortis; si

consilium datum neglexerit, &c. novis exortibus inimicitis, deliberaverit occisionem: tandem si homicida ipse tetulit te aletrium consilio, aut mandato motum non fuisse &c. hic, & alia coniectura; quæ occurrere possunt, in formando iudicio expendi serio debent, ut iustum decernatur.

XVII. Quæst. IV. Qui suo exemplo pravo causa est in alii malum perpetrent, tenetur ne ad restitutionem? Resp. Plures videntes Sempronium furantem, alterius vineam devastantem, adulterantem &c. moventur hoc exemplo ad hæc mala patranda. Tenetur ne Sempronius qui suo iniquo exemplo illos excitavit, hæc relascire mala? Negat communis, & vera sententia: quia exemplum pravam licet occasio mala non est. Porro tamen influens in elutmodi mala non est. Porro talia causa que in hoc casu se gerere tamquam debitum inquit relascidendi. Ergo cum exemplum pravam nullo modo insubst in hæc damna, nullam ex eo oritur restitutionis debitum. Peccat quidem Sempronius contra caritatem, qui malo suo exemplo alios excitat ad mala perpetranda, secus contra iustitiam. Addunt plures, Sempronium non teneri ad restitutionem, etiam animo iniquo voluisset suo pravo exemplo provocare alios ad malum. Quia restitutio fundatur in actione iniusta externa: quæ doctrina absolute spectata vera est. At supra diximus, actionem externam quæ ex se non est absolute causa efficiat damni, iustitiam animo pravo fieri efficacem posse, & inducere restitutionis debitum. Dicitur fortasse, exemplum pravam nullo modo causam esse, sed solum occasionem alii mal committendi, & idem nullum ex eo prodire restitutionis onus. At communis in proverbio fertur, exempla plurimum verba movere. Unique Christus Dominus admonet Matth. xxi. Omnia, quæcumque dixerit vobis, serate, & facite; secundum opera vero vobis nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. At neque eorum prava consilia exsequenda sunt; tamen si constant, iustitiam, suadet &c. ad restitutionem tenentur. Quare si quis animo pravo intenderet alios excitare suo externo exemplo ad malum inferendum, ego securum hunc asserere non auderem a restitutionis debito. Quoniam exemplum conjuncta prave intentioni necesse, morale iniustum conferunt in damnum illatum. Sint exempla mere occasiones absolute spectata; tamen quando ab iniquo homine adhibentur hoc pravo animo, ut sint media impellentia ceteros ad malum, ego, ut dixi, non auderem hunc innumere pronuntiare

tiare a restitutionis debito. Neminem tamen urgeo ut hanc meam opinionem amplectatur; sed quisque suo in sensu abundet.

§. II.

De iussione, consilio, consensu, quibus iniussione damnificationi quis cooperatur.

XVIII. **N**ovem, præter executores, personarum genera que ad malum concurrunt, reperiri supra dictum est duobus verbis comprehensa. Sex positive inveniuntur; suntque *iussio, consilium, consensus, palpato, recursum, participatio*. Alia tria negative; suntque *iussio, consilium, non obsequium, non manifestatio*. Ut vero restitutionis debitum inducant, debent & hac est regula generalis) efficaciter in secutum malum influere.

XIX. *Iussio* eos omnes comprehendit qui iniustitiam fieri mandant, ad quam exequendam paratus alter non erit. Hoc mandatum imponi aut expresse, aut tacite potest, sive a domino, sive a quolibet alio qui potestatem imperandi non habeat. Quando vi iustitiam mandati sequitur actio iniusta, mandans semper ad restitutionem tenetur. Tacite imponi hoc mandatum variis modis valet. Quid? inquit dominus, aut amicus suis servis, amicus? Nemo vestrum meam ulcitur iniuriam? Summam mihi gratiam faceret qui inimicum meum occideret. Similiter fere modo conquirebatur Henricus II. Rex Angliæ, & videbatur cum uno Sacerdote patrem habere non posse. Cuius lamentationis efficacitate permoti nefarii ministris, ab Rege gratiam se iniuros sperantes, sanctum Antistitem trucidarunt, & homicidii reum Regem reputant omnes. Antequam tamen definiatur, indicatas loquendi formulas vim taciti mandati habere, circumstantiæ tum mandantis, tum mandatarii expendendæ sunt, ut onus restitutionis colligatur.

XX. Si mandatum datum, antequam sequatur executio, revocetur, itaque innovetur mandatario; evanescit restitutionis debitum. Si enim animo tantum mandatum revocet, non perveniat; a restitutionis obligatione minime absolvetur. Quid, si mandatarius mandati limites excedat? V. g. si iussum fuit ut decem furetur, & ille centum furripuerit; ut letum percipiat, & ille graviter vulneraverit, aut occiderit? Tum meritienda restitutio est iuxta mandati qualitatem absolute loquendo. Ceterum in praxi, quando

constat mandatum impostum fuisse, graveque secutum damnum, difficile casus occurreret in quo mandans a toto relaxando damno liberetur. Quare *cap. xv.* Qui mandat, de homicidio in 6. statuitur, eum qui iubet verberationem, ex qua sequatur homicidium, respectu mandantis fortitum, seu non intentum, lubiacere irregularitati. *Id est qui mandat aliquem verberari, licet expresse iubeat ne occidatur ultaterus, vel membrum aliquod mutiletur, irregularis efficitur, si mandatarius fines mandati excedens mutilaverit, vel occiderit; cum mandando in culpa fuerit, & hoc evenire posse debuerit cogitare.* Hæc ratio perspicue evincit, vii unquam mandantem liberum esse a toto relaxando damno quod mandatarius perpetraverit. Quod quidem licet mandans limites præscribat, tamen in praxi mandatarii nonquam intra eosdem se continent: tum quod plures inopinati evenus non permittunt; tum quod ipsi mandatarii propria pravitate impulsio glorie quodammodo sibi vertenti mandati limites prætergredi. Quæ omnia cum obvia sint, prævidere mandans tenetur. Quare qui mandatum imponit mali perpetrandi, eo ipso obnoxius se libere constituit ad relaxandum totum id quod mandatarius executus fuerit. Si tamen mandans quidem licitum præcipere, ex quo nullum consecuturum malum prædenter prævidere possit, tum licet malum non prævitum, quoque prævidere non poterat, sequeretur, a restitutionis debito foret immunitus. Hæc Innocentius III. *cap. Dilectus* Capellanum liberum a censuris declarat, quod equus cui indecibat, tracto freno, & delecto fessore, irruit in mulierem, & infantem quem illa gellabat, opprellit. *Mandamus, quatenus, si ita est, eum idem Capellanum perpetravit, nec dedit operam illuciret, non impedias quominus divina possit officia celebrare.* Spectanda ergo postillimum est res licita sui datæ opera, ut regium formari iudicium valeat.

XXI. *Consilium* significat eam qui precibus, suasionibus, muneribus alterum rogat, instruit, persuadet, blanditiis allicit, ut damnum inferat, & quod inferre paratus non erit. Hunc, qui scienter, ad culpabiliter ignoranter talia consulit, ad restitutionem damni secuti teneri docent omnes. Advertendum tamen, *consilium* tunc debentur restitutionis inducere, cum consensens dolo, fraude, seu malo animo malum committendum suadet; secus si innocenter, imprudenter, vel ex animi levitate consilium det,

ex quo sequatur præter eandem intentionem alteri malum. Excipitur casus in quo quis ex officio, tanquam minister ad id designatus, consilium daret, ut diximus de Confessario, de medico, de iudice &c. Et hoc colligitur ex *cap. Si culpa de iniur. & damno dato*, ubi hæc habentur: *Si culpa tua datum est damnum... aut hæc imperitia tua, sine negligentia evenerunt, tunc super his factis nec te oportet: nec ignoranta te excusat, si scire debuisti, ex facto tuo iniuriam commisit, vel contigere, vel inciviam.* Spectandæ tamen circumstantiæ sunt. Quando consilium est de malo perpetrando, tunc consiliator, nisi evidens circumstantia obstitit, relaxare secuta damna tenetur: quia tum ad elidendum fraudem, dolusve præsumitur.

XXII. Disputant Auctores, num consiliator, revocato consilio, restitutioni obnoxius sit, quando nihilominus qui consilium petiit, executus malum fuerit, etiam exploratam habuerit revocationem. Duplicis generis consilia distinguunt. Aliud falsum, seu falte nixum narrationi, aliud nixum pravo animo. Sit exemplum. Sempronius consilium a te petiit, num restitueret alitragator. Falte respondes eum liberum esse. Deprehendis consilium dati fallitatem: illud revocas: eundem mentes, te deceptum falsum dedidisti consilium, lubidumque ipsum declaras restitutioni. Si is, non obstante tua revocatione, prius consilium falsum exequitur; tu liber es a restitutione. Item si eidem consilium des ut occidat Petrum, quia hic occidit Fratrem Sempronii; quod factum falsum est: qua fallitate cognita, revocas datum consilium: si Sempronius non obstante revocatione, homicidium perpetret, ad nihil teneris; cum ex sola malitia Sempronii securum homicidium sit. Disputant ergo, quando consilium datum, non ad veritatem aliquam manifestandum; sed quando quis consulit malum, puta furtum, homicidium, ostendens id conveniens esse, utile, & decorum, imprimendum in mente consulentis doctrinam, & dictamina quibus persuasus reipia vi talis consilii malum exequitur.

XXIII. Prima sententia adfirmat, consiliatorem, adhuc post revocationem consilii, restitutioni damni illati lubiectum esse. Hoc enim illius opinionis Auctores discernunt inter mandatum & consilium statum: quod mandatarius in solius mandantis commo dum malum perpetrat; qui vero consilium petiit, in gratiam sui malum exequitur. Mandatum extrinsecum omnino est, nihilque in mente mandatarii imprimi quod post re-

voationem supersit. Ad consilium imprimi in mente illius qui consilium petiit, doctrinam, dictamina, suasiones, que etiam post revocationem supersunt, veluti semina in anima impressa: & vi horum dictaminum, ac suasionum populatorum consilio operatur. Quam opinionem defendunt *Bannez, Topia, Lessius, & alii*. Altera sententia negat, in decepto casu debitum esse restitutionis: & hæc defendunt *Salmanticenses tract. xlii. cap. I. par. 3. §. 2. num. 17.* & citant *Bonacium, Reginaldum*, aliosque: & hæc mihi probabilior apparet, quando consiliator sincero animo, & efficaci eloquio abducere conatur consulentem a priori consilio. Admittit discrimen inter mandatum, & consilium. Sed quando consiliator contrariis, & veris rationibus dissuadere studet suo clienti, nihilque intentatum relinquat ut a malo consulto eum abducatur, licet supersit physice in mente priora dictamina, moraliter tamen deleta sunt & abrogata. Ex sola quippe malicia clientis qui consilium accepit, dictamina illa moraliter influunt in malum secutum. Spectandæ tamen circumstantiæ sunt, nempe efficacitas revocationis, conditio accipientis consilium, & alia plura que occurrere possunt. Ceterum casus rarus est: & ideo pluraquam satis dixi.

XXIV. Tenetur ne consiliator, aut mandans relaxare damna tum illata tertio, tum supervenientia mandatariis, & consilia accipientibus? Communiter omnes liberant consiliatorem a relaxandis damnis obvenientibus ei qui consilium petiit: quia in illius potestate erat consilium restituere. De mandante vero distinguunt. Aut mandans est dominus, & superior; & tunc tenetur compensare damna que probabiliter prævidere poterat superventura mandatario: quia superioris imperium quendam vim, & coactionem inducit. Si contra mandans non ut superior, sed pacto stipendio lubeat malum executionem, liber est ad omni compensatione malorum que supervenire possunt mandatario: qui hæc omnia sibi imputare debet, cum sponte loerit indulturiam suam accepto stipendio ad malum perpetrandum. Quare sponte & libere le subicit periculo eorum que accidere valent.

XXV. Quid si nomine tuo quis occidat, furetur, nullo a te accepto consilio, vel mandato? Alitragingeris ne restitutioni, si raram habetas malum perpetratum? Negant communiter Auctores: quia rathabilium nullum præbere influxum morale potuit in malum prius commissum. Quare non teneris nec

ex re accepta, nec ex iniusta actione; sed solum ad satisfaciendum Deo pro gravi culpa perpetrata. Quid, si ex tua ratihabitione, & complacencia executor induceretur ad omittendum restitutionem dampni irrogati? Tum restitutioni obnoxius fores, quia moraliter influens in talem omissionem.

XXVI. *Consensus*, inducens restitutionis debitum, non est mera complacencia de alterius malo: quoniam hæc, cum malum supponat, illud non inferat, nullum inde restitutionis debitum. Consensus inducens omnes restitutionis ille est qui efficaciter influat in malum retardandum. Subscribis iniuste liti, suffragium præbes ad bellum iniustum, ad furtum, ad homicidium peragendum, ad ministrum indignum eligendum; restitutioni facti dampni obnoxius es.

XXVII. Disputant Auctores num teneatur restitutioni illi qui late sententia subscribitur, & suffragium pro eligendo indigno ferunt. Et distinctione utentes docent, ad restitutionem teneri, si suffragium necessarium fuerit ad valorem vel sententia iniuste, vel electionis indigni: quia tum suffragium fuit causa efficiens in malum influens. Idem resolvunt de illis qui cum possent impedire electionem indigni, aut sententiam iniustam, ferre suffragium in Capitulo, in Congregatione ad impediendam talem electionem omiserunt. Similiter dum omnes conspirant ad electionem indigni, sicut ad iniustam sententiam, quorum omnium suffragia necessaria sint, ad restitutionem omnes tenentur: quia omnes astringuntur malum futurum impedire. Si vero suffragium unius vel alterius non sit necessarium, & iam suffragia necessaria ad sententiam, aut electionem præcesserint; tum nullum est restitutionis debitum: quia suffragium nullo modo influat in effectum; cum causa efficiens eiusdem iam præcesserit: non tamen liberatur a culpa qui malum approbat proprium suffragium conferendo. Quid, si hic prior suffragium ferat, licet præcedat ceteros latrones suffragium in electionem indigni, aut sententiam iniustam? Teneri hunc ad restitutionem, communitur Auctores docent: quia eum hic prior inflexum habebit in actionem iniustam, prius ille quam ceteri restitutioni obnoxius est. Quid, si suffragium publice ferendum sit, provideatque, qui ferre poterit suffragium debet, ceteros qui suffragium iam dederunt, mutatos animum, videntes illius oppositum votum? Restitutions certo astringitur, si ferre suffragium negavit; quia in hoc casu illius suffragium

conspirat ad malum inducendum: cum, eo denegato, malum non fieret. In dubio autem non est præsumendum, alios non mutatos consilium, dum sanum iustus consilium audirent: quia in dubiis profumum crimen non debet. Quid, si dubites, an suffragium tuum fuerit ex prioribus necessariis ad ponendam actionem iniustam? Te teneri ad restitutionem, probabilis asserunt. Quia quando certe de malo constat, debitum restitutionis certum est. Porro cum dubium occurrit, num suffragium tuum fuerit ex prioribus necessariis ad electionem, seu sententiam, idem dubium de aliis oriri potest. Ergo si tu ratione dubii immonis a restitutione effas, eadem ratione liberi ceteri forent; & sic nemo ad restitutionem mali secuti teneretur; quod falsum esse omnes admittunt.

XXVIII. *Palpo* eos indicat qui laudibus, præconiis, & plausu aliquem ad malum patrandum, aut convitiis, irrisionibus ad vindictam capiendam irritant, impelluntque. Exprobras marito, quod toleret uxoris adultarium; Sempronio, quod peccatur iniuriam tibi irrogatam. Illi tuis derisionibus, & improperis periculi occidunt uxorem, conviciatorem, offensorem. Tu causa efficiens es facti mali. Ergo restitutionis debito gratias. Nec est quod opponas, te hoc malo animo non peregrisse, nec vindictam, aut homicidium intendisse. Quoniam fat est extentionem sermonem tuum concitasse, atque induxisse audientes illos ad malum exequendum. Num ignorantia, inadvertentia, aliqua circumstantia interdum excusare valeant, prudentum iudicio relinquo.

XXIX. *Recurfus* significat acceptores furum, atque malefactorum, quibus præbent refugium, securitatem, commoditatem ad perpetrandum, aut continuandum malum. Hi omnes ad restitutionem tenentur: quia re ipsa cooperantur, & influunt in malum. Audi S. Augustinum epist. lxx. *Illud vero fidei identissime dixerim, eum qui pro homine ad hoc intercedit ne male ablata restituat, & qui ad se confugientem, quantum honeste potest, ad restitutionem non compellit, socium esse fraudis, & criminis.* Nam misericordius operi nostrum talibus subtrahimus quam impendimus. Non enim opem ferre qui ad peccandum adhibuit, ac non potius subvertit, atque opprimat. Advocatos & iudices qui turpibus blandiantur, & malefactoribus patrocinantur, vellicat, atque perstringit Doctor sanctus. Quare viri potentes, magnates, qui famulos suos videntes rapinas, damna, oppressiones exer-

cere,

cere, non reprimunt, non coercent, tenentur ad restitutionem; quia nebulones illi, dominorum protectionis, & patrocinio fidenter, hæc mala perpetrant, a quibus abluerent protectionis leuto destituti. Qui foris latrones, eorumque instrumenta cultodunt, qui occultant, qui asylum præbent, ad restitutionem tenentur.

XXX. Qui vero post patrata furta, homicidia, ceteraque mala recipiunt & occultant fures, malefactorisque misericordie titulo, ut eos ad fugam arripendam adiuvant, non ut ad mala patranda excitent; a restitutione liberi sunt: quia hi nullo modo influunt in mala. Immo qui hac ratione eisdem recipiunt etiam ante mala commissa, ad restitutionem non tenentur: ut cappones, stabularii, alique, qui solum hospitalitatis, aut amicitie titulo eisdem excipiunt.

XXXI. *Participans* ille est qui aut aliquid præbe percipit, aut aliquod auxilium ad furandum, malumque patrandum confert. Quare participans dicitur aut iniuste actionis, aut rei acceptor. Iniusta actionis participans dicitur omnes qui ad malum concurrunt; ut fabricarii claves falsas turibus fabricantes, exploratores, qui excubias agunt, ut fures securus bona furispiant, qui scelas admovent ad ingrediendum domos, qui res furto sublatas custodiunt, occultant, emunt, vendunt latronum nomine. Hi omnes ad restitutionem tenentur, & quidem ad totum id in quod influxerunt, si malefactores ipsi restituere omittant, astringuntur.

XXXII. Qui vero sunt participantes tantum rei furto sublatae, nullos modo concurrunt ad malum patrandum, tenentur solummodo id restituere quod percipere. Si qui bona fide, ignorans rem esse alienam aliquid accepit, id quod extat, reddere debet, seu id in quo factus est ditor, iuxta ea quae superius dicta sunt. Contra, qui mala fide participat de re aliena, lemper, si res extat, sive secus, restituere talis rei pretium tenetur.

XXXIII. Quid si servus, aut alius quique, minis dominis, seu malefactoris perterritus, gravique timore perculsus, concurrat ad actionem pravam? Antequam respondeo, propositionem damnatam §1. a Ven. Innocentio XI. transcripto. *Famulus qui submissis humeris sciens adiuvare herum suam ascendere pro senefras ad stuprandam virginem, & multoties eidem subservit deserendo scalam, aperiendo ianuas, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne a domino man-*

le tractetur, ne torvis oculis aspicatur, ne domo expellatur.

XXXIV. P. Dominicus *Prua* in commentariis ad hanc propositionem plura docet quae alibi confutavit. Paucis nunc delibabo, ut propositam discutam illustrem. Regulam P. Viva proponit num. 111. a suis lectoribus servandam, ne errent in moralium librorum lectione. Verum (inquit) ne in his legendis erret, advertere oportet, quod in presenti thesi prohibetur, videlicet iusticiam causam in famulo ad adiuvandum in his actionibus herum volentem statuere virginem, *Ne male tractetur, Ne domo oculis aspicatur, Ne domo expellatur*, quibus verbis videtur locuti nonnulli apud Dianam.... Palus tamen ibi adducitur non docet sufficere solum quod alter famulus et domo expelleretur, sed addit etiam quod expulsi cogenter mendicare, aut penuriam pati, quod in hac thesi non prohibetur explicite.

XXXV. P. Viva principem causam, in propositione expressam, in sua regula sileatiosam involvit. Et heinc immerito, ne ego quidem arbitror, excipit opinionem *Palus* a censura; & quod possit in illi, lectores suos non satis cautos reddidit in Auctorum moralium lectione. Princeps autem causa in propositione proscripta hæc est, *Si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne a domino male tractetur, &c.* Notabile ergo detrimentum pro causa adiuvandi herum ad stuprandam virginem assignabant Auctores propositionis dsmatæ.

Utique hoc *notabile detrimentum* explicarunt subiectis ibidem exemplis. Ad propterea ne propositio a censura immunitur, si ob aliud *detrimentum notabile* aliter, famulum posse adjuvare herum suum ad contuprandam virginem, ad furandum, ad aliud malum perpetrandum? Si famulus eiectus alium dominum cui inervit, continuo acquireret, quodnam detrimentum notabile perferret? *Penuriam pati* non prohibetur in hac thesi? Quid ergo prodit *notabile detrimentum*, nisi penuriam, & quidem *notabilem*? Mendicatio panem querere notabile est in famulo detrimentum. Ad asserere, quod, ut hoc *notabile detrimentum* famulus declinet, possit adjuvare herum ad fornicandum, ad furandum, conceptis verbis prohibetur. Plura tamen subdit P. Viva ibidem quae temperant citatam suam regulam. Nam addit, mendicantem famuli debere esse gravissimum, & morte amariorem, et possit dominum famulus adjuvare ad ingrediendum fenestram virginis stuprandam, in sententia illorum qui hanc actio-

F

non

mem inter indifferentes collocant. Ipse enim cum Sanchez probabilis censet, esse hic & nunc intrinsecus malam. At, ut mihi videtur, satis implexe propositionem exponit, & vi probabilissimi viam aperit thesini proscriptam magis opte extendendi.

XXXVI. Ut autem pressius propositam questionem discutiamus, fatentur omnes, illicitum esse concurrere ad actionem pravam, etiam causa mortis vitanda. At conclusis distinctionibus metaphysicis rem implicanc. Contendunt, has actiones, nempe tenere scalam per quam herus ingreditur cubiculum virginis violanda, aperire ianuas, infringere feras, fabricare claves furi &c. esse absolute spectatas indifferentes; quod verum habet. An non sunt actiones indifferentes quod molier denudet se, quod in lectum ascendat ut laceat, quod fub hac corporis postura se disponat? Quid, si supinator iubeat, ut se denudet, ut in lectum se conticiat, ut sub tali corporis situ se constituat? Indifferentes ne actiones istae erunt? Quis avertit? Spectari ergo actiones istae debent sine circumstantiis involute, & ut morales: quoniam ut tales obiectum sunt Theologiae Christianae. Quid ergo obtrudunt, actiones eiusmodi secundum se, & praecitas a circumstantiis, esse indifferentes ad bonum, & ad malum? Etiam coniunctio maris cum femina indifferens est ad bonitatem, & ad malitiam: nam bona in coniugatis est, mala in solutis. Ergo ne ob timorem mortis vitandae licitum erit fornicari, quia alio illa secundum suam metaphysicam notionem indifferens est? Nihil itaque ineptius quam eiusmodi argumentationes ab actione morali suis implicata circumstantiis ad actionem metaphysicam eidem denudatam: quia sub hac ratione ad Metaphysicam, sub altera ad moralem Theologiam pertinet.

XXXVII. Ex adducta doctrina necessario consequitur, neminem posse metu cuiuscumque damni, etiam mortis, cooperari aliquibus quae in praxi male sunt, licet, praecitate a circumstantiis, indifferentiam solum praedant. Non licet ergo ob cuiuscumque damni metum nec feris adiuvare herum tenendo scalam ad suprandam virginem, nec aurigae rheda deferre dominum ad amasiam, fere concubinam; nec rusticis pecora a stabulis dominorum abigere, fores infringere, instrumenta praebere ad furta paranda, aut praeda furto sublatas vehere: quia haec omnia hic & nunc sunt intrinsecus penes Theologiam moralem iniusta, & iniquitatis plena.

Franciscus Sylvius in 2. quæst. lxxv. art. 7. verb. *Participantes*, excusat rusticos, coactos metu gravis damni, deferentes praedas militum furto sublatas: quia praesumi non potest in his angustiis dominum esse invitum. Negat vero, licere eidem rusticis fores infringere, pecora abigere. Verum aut in nullo, aut in utroque casu domini non debent esse rationabiliter invitati. Quia aequè cooperantur furto qui deferant alio bona furto sublata, ac qui fores infringunt, instrumenta praebent, scalas tenent ad furta paranda. Hac eadem ratione non mihi probatur altera distinctio qua dicitur, Christianos Turcarum captivos non posse explodere tormenta bellica adversus Christianos, posse vero in bello adversus eisdem remigare: nam tam iniusta est actio remigandi quam explodendi praefata tormenta bellica. Omnes enim haec, & similes actiones ob iniustitiam belli hic & nunc intrinsecus male sunt. Verum de his omnibus egimus in dissertatione de scandalorum: ideò hic a fusiore sermone abstinere.

§. III.

De iis qui negative cooperantur, nempe mutus, non oblatans, non manifestans.

XXXVIII. SUB una generali regula comprehenduntur tres indicati mutus, non oblatans, non manifestans: quia eodem modo, indirecte nempe, & negative, cooperantur malefactori ad malum patrandum, videlicet non clamando, non impediendo, non manifestando, eum possint, & ex iusta causa non exculantur, & alioquin ex iniustitia ad id teneantur. Hi omnes restitutioni subiecti sunt: quia cum possint, & ex iniustitia devincti sint ad malum impediendum, & non impediunt, censentur illud interpretative, & in morali aestimatione velle. Qui solum ex caritate teneantur, peccant quidem non impediendo; ad restitutioni non sunt subiecti. Ex iniustitia illi tenentur qui ex contractu, aut officio ad id destinati sunt.

XXXIX. Quare ad restitutionem obligati sunt gubernatores, ministri publici, medici, chirurgi, tutores, curatores qui non impediunt ea mala quae eorum respectiva officia consequuntur; nautae qui navis submergionem non impediunt; patresfamilias qui filiorum, famulorum malis non oblatant; belliduces qui milites ab iniustis praedis non retrahunt; Principes qui homicidia, latrocinia, monopola non impediunt. Qua de re haec scribit S. Thomas loc. cit. *Quis tenetur illi*
qui

qui non oblat, cum oblatre tenetur; sicut Principes, qui tenentur custodire iustitiam in terra, si per eorum defectum latrones increment, ad restitutionem tenentur: quia redditus quos habent, sunt quasi stipendia ad hoc instituta ut iustitiam conservent in terra. Omnes itaque qui publicum ministerium exercent, qui que ex contractu, aut officio impedire debent dama, resarcire eadem astringuntur. Secus dicendum de aliis qui ex nullo iustitiae debito, sed solum ex communi caritatis titulo astricti sunt oblatre proximi malis, ut docet videri Angelicus loc. cit. ad 3. Non semper ille qui non manifestat latrocinem, tenetur ad restitutionem; aut qui non oblat, vel qui non reprehendit; sed solum quando incumbit alicui ex officio; sicut Principibus terre, quibus ex hoc multum imminet periculum: propter hoc enim potestate publica polliuntur ut sint iustitiae custodes.

XL. Quid de iis qui pravo animo non oblatant, cum oblatre malis proximi valent? Quando solo caritatis titulo devincti sunt, ad nihil tenentur. Quia debitum restitutionis supponit iniustitiam lesionem. Illi ex iniustitia impedire non sunt obligati. Ergo nullum est restitutionis debitum. Quid, si illi recipient munera a fure, ne clamarent? Respondet, tunc eos teneri ad restitutionem: quia haec pecunie acceptione influunt in furtum: sunt enim tunc fures animosiores, & maiori audacia, ac securitate atrocina perpetrant. Immo si alique ullo pretio, vel munere, sed sola promissione se se obligarent furi ad non clamandum, ad non oblatandum, restitutioni subiecti essent. Quare nullo modo mihi probatur responsio Salmanticensium, qui tract. xliii. cap. 1. punct. 5. §. 3. num. 153. cum aliis defendunt, illos, etiam accepta pecunia pro servando silentio, non teneri ad restitutionem. Siquidem, inquit illi, si possint tacere sine pretio, cur non poterunt accepto pretio? Nec haec egregia ratio! Quia accepto pretio influunt in furtum, & velut focus inveniunt cum latrone ad furtum patrandum.

XLI. Servi qui vident extraneos bona domini furantes, ad restitutionem tenentur, si taceant, si pro viribus non oblatant, quia ratione famulatus ex iustitia custodire, & defendere ab extraneis invatoribus res dominorum debent. Si fures domesticis sint, distinguendum. Primo famuli qui vident, aut sciunt a domesticis lorripi bona propriae custodiae concedita, tenentur ad restitutionem, si taceant, si non oblatant, si non manifestent: quia titulo iustitiae has res custodire astricti sunt. Respectu aliarum rerum communium

peccant, si taceant? ad restitutionis onere liberi sunt; cum nec ex officio, nec ex iniustitia custodire praefatas res contra fures domesticos tenentur. Spectanda tamen circumstantiae sunt, praesertim pacta, & consuetudines: nam valde infideles essent famuli illi qui videntes dominorum bona prodigi, furripi, dissipari, filerent.

XLII. Custodes agrorum, vinearum, praetorum, montium, silvarum, constituti pacto pretio a domino, ut invigilent, custodiantque praefata bona a quocumque invalore, resarcire dama tenentur, si taceant, si non resistant pro viribus. Idem dicendum de custodibus a Principe constitutis, ne merces aut extrahi, aut importari sinant, gabellis non solutis. An vero tenentur etiam poenam solvere quam luere rei debentur, si accusati a custodibus fuerint, non una est Auctororum sententia. Admittant aliqui. Sed probabilior videtur sententia negans: quia praefati custodes non videntur ex iniustitia devincti ad reos acculandos, ut multis Principes dicitur. Spectanda tamen sunt circumstantiae, pacta inita inter custodes, & dominum vestigialium. Nam si haec accusationes in pactum deductae essent, dubio procul teneantur ad restitutionem. Spectanda est quantitas damni illati, & alia plura, antequam vel liberentur, vel iudicentur restitutione obnoxii.

§. IV.

Quem servare ordinem debeant cooperantes actioni iniustae.

XLIII. QUAE certa sunt praemitto. Quando plures ad servandum concurrant, illi primi omnium restituere tenentur in quorum manibus bona furrupta inveniuntur aut in seipsis, aut in eorumdem pretio. Quoniam illi tum ex iniustitia acceptione, tum ex re accepta restituere debent. Quia restitutione praecitata, ad nihil ceteri tenentur. Quin si aliquis istorum quidem restituerec dominum ante, vel post integram plenamque restitutionem factam a fure, reddenda tunc huic a domino esset: quia ex furto sibi factu locupletari dominus non debet. Ceteri enim tum obligati sunt restituere, cum principales nolint, & re ipsa impleverunt debitum omittant. Si res furto sublata in manus pervenerit bonae fidei possessoris, is rem, si extet, reddere debet, si non extet, id in quo dicitur factus est: & si rem a fure, soluto pretio, accepit, actionem habet contra eundem.

XLIV. Quando bona non extant, quia nihil furtivum est, sed damnum tantum irrogatum, restitendum est ab illis primis qui principales fuerunt ad damnum inferendum, ab aliis vero in istorum defectu. Quod si principales restituant, & res ablata extaret apud locos, reddenda esset illis qui restitutionis debitum solverunt. Illi autem dicuntur causae principales qui iubent, qui dirigiunt, qui incitant, provocantque alios ad malum patrandum. Immo qui misis, dolis, fraudibus alios inducit ad malum inferendum, si quid illi restituerent, compensandum illis esset a principali infigatore, qui solus mali causa est. Post causam principalem tenetur executor furti, aut damni irrogati. Executores restituent, liberi ceteri sunt. Deficientibus causa princeps, & executor, debitum restituenti subest ceteri loci, ut fuerunt causae positivae minus principales, ut consentientes, consentientes, palpones, participantes. Causa tamen principalis semper onere gravatur compensandi illos, si solverint in defectu illius; ut docet S. Thomas *loc. cit.* ad 2. & art. 6. ad 3. Quando vero plures causae aequae principales, aut plures aequae secundariae ad totum damnum concurrunt; tenetur singula, secundum quod commodum reportantur. Quod si una restitueret negligat, tum singuli tenentur in solidum; & ceteri compensare semper astringuntur illos aut illum qui restitutionis onus implevit.

XLV. Ceterae causae minus principales, deficientibus causa principali, & executore, nullum invicem ordinem servant; sed omnes eodem modo tenentur, quando eodem modo in damnum illatum influxerunt, primum quidem causae positivae; & quando aliquae refugiant debitum solvere, tum singulae tenentur in solidum, si ad totum damnum concurrerint. Causis positivis nolentibus restituere, succedunt in restitutionis debito causae negativae, quae in solidum restituere debent plus minive iuxta anatus aut minus debitum impediendi damna illata. Ordo in illis servandus, est ut in primo loco tenentur superiores, qui impedire neglexerunt; secundo custodes rerum; tertio testes, qui iuridice interrogati poterant mala impedire; quarto qui ex officio tenebantur monere, clamare, resistere, & haec praestare neglexerunt. Semper tamen observandum est, quantum ex his causis actus & proximius astricta erat ad impedimenta praestanda ne mala sequerentur.

S. V.

Quomodo omnes recessitae causae restituere in solidam teneantur.

XLVI. **S**ermo est de pluribus causis exequentibus idem furtum, seu damnum, non de pluribus participantis de eodem re furto iam sublata. Nam certum est re invitatum ad cenam furtivam, seu rei furto ablata, teneri dumtaxat ad restitutionem solius partis quam commisit. Quando plures ingrediuntur ad vineam devastandam, nulla habita invicem conspiratione, sed alius alterius ignorans consilium, & quique damnum ex se inducit; tamen tenetur quique restitue tantummodo damnum a se illatum, cum nullum influxum moralem in aliorum damnum contulerit. Immo etiam si alium concurrant ad forandum, singuli restituere debent propriam partem forte sublata maiorem aut minorem. Certa haec sunt. Illud in disputatorem revocatur, utrum si quatuor concurrant ad furtum, teneatur singuli in solidum, ita ut deficientibus tribus quartus debeat totum restituere.

XLVII. Quando plures ad idem malum, puta furtum, patrandum concurrunt, si unus sit principalis motor, is primus in solidum restituere debet. Sic Principes, & eius consilarii restitue damna belli; duces, tribuni damna militum: quia hi sunt principales motores, & causae morales omnium damnorum quae ex belli iniustitia proficiuntur. Militares inferiores in defectu principum ea compensare damna debent, quia ipsi immediate exequentur. Quod causae principales, & moventes tenentur in solidum restituere, in discrimen revocari haud potest; cum sint causae morales influentes in totum malum, cum dirigant causas exequentes, & moraliter applicant ad damnum inferendum. Illae autem causae applicatae secundariae singulae tenentur ad restitendum partem damni illati, quando illud dividuum est, nec una causa excitavit, aut induxit alteram, sed quilibet seorsum moraliter damnum intulit.

XLVIII. Quando ad damnum individuum, videlicet ad eandem rem, aut domum incendendam, ad eundem gregem abigendum, ad eandem indigenam eligendam plures concurrunt, tenentur ne singuli in solidum? Negat prior sententia: quia quando plures loci, quorum nullus est principalis, eandem effectum simul producant, singuli tenentur a partem

partem respondentem damno illato. Quando enim plures navim trahunt, quorum unus impotens est ad eam trahendam, singuli non sunt causa totius effectus. Et re ipsa mercedem singuli recipiunt pro laboris parte, dum navim trahunt in commodum domini. Ergo si, cum profunt, singulis non debetur totum stipendium mercedis; similiter, cum nocent, singulis imputandum non est totum damnum, sed calibet sua respondere pars debet.

XLIX. Communis & vera sententia docet, omnes in solidum teneri ad damnum compensandum quod communi consensu, & conspiratione induxerunt. Nam tamen a singulis physice partialiter malum inducatur, moraliter tamen totum a singulis inferatur: quia ratione mutui consilii, & reciprocae conspirationis omnes loci sunt una causa morali totius damni. Singulae utique causae partem illi damni restitue debent. At ratione morali conjunctionis singulae, deficientibus, aut refragantibus ceteris, in solidum tenentur: quia cuicumque totum imputatur damnum.

L. Socius qui nescit, aut dubitat, utrum alter locus qui fuit damni illati causa principis, restituerit, tenetur ne totum restituere? Et eadem est quaestio, quando dubitatur, num loci propriae partem damni restituerit. Accedit ad Confessarium unus sociorum, paratus restituere suam damni partem; dubitat vero, utrum ceteri loci id praestiterint, aut praestare parati sint. Quomodo le gerere Confessarius debet?

LI. Salmanticenses tractat. XIII. cap. 1. punct. 5. §. 5. num. 152. casum proponunt, inquietes frequentem esse, neminemque vidisse illum proponentem. Respondent vero, hanc, si nesciat locos propriam restituisse partem, ad nihil praeter id quod debet, teneri, quia praesupponere debet ceteros suae factionis conscienties, cum nemo praesumendus malus sit, nisi probetur, aut constet majorem esse. Si vero dubitet, tum adhibenda diligentia est ad veritatem inquirendam. Si autem post adhibitam diligentiam perseveret dubium, contendunt, hunc non teneri nisi ad suam partem: quia ad alias damni partes non astringitur nisi in defectu aliorum. Porro si dubium est de tali defectu, dubium est de tali obligatione: & cum obligatio non possideat, sed libertas ab obligatione; consequitur, nullam esse respectu aliarum partium obligationem, iuxta commune axioma: *Melior est conditio possidentis*. Potissimum quod in dubio non est alterius peccatum praesumendum.

Conc. theol. Tom. VII.

LI. Haec doctrina mihi non probatur, ut prope probabilis; immo vix probabilis mihi apparet. Nam certa & evidens est obligatio in solidum. Admissa praefata doctrina, haec obligatio certa & evidens in nihilum abiret. Quandoquidem sicut hic socius dubitat de alterius satisfactione; ita aliter dubitare potest de aliis. Quare contingere casus potest ut una dumtaxat pars ingentis damni domino restituatur. Singuli enim sociorum praesumere poterunt ceteros fuisse sic. Dominus autem vis certum & competum habet a quolibet locorum exigendi totum damnum. Ius istud certum, etiam iuxta doctores Probabilistas, elidit a dubia solutione nequit. Praefato axioma, favente possessori, abutuntur frequentissime Probabilistae. Dominus possidet ius certum & inconditum. Ergo istius conditio melior est. Certum insuper est singulos teneri in solidum, neque ad totum damnum restitendum. Ergo luxta vel ipsos Probabilistas hoc certum debitum prevalere dubio debet. Durum & amaram est obligationem penitentem ad totum damni compensationem. Periculum est ne socius monitus a Confessario id praetermittat, pluraque peccata perpetrare. Vera haec omnia sunt. At nunquid ex his absurdus vera doctrina falsa evadit? Socius ergo ubi certior fieri debet, aliquid dubium deponat: & si dubius existat, compensare integrum damnum debet. Hoc mihi probabilius est, & tutius. Turtoria autem in dubiis amplectenda sunt.

CAPUT X.

De obligatione ex turpi promissa, vel stipulatione orta.

I. **N**ON minus gravem quam impeditam, & valde litigiosam dispiciendam suscepi quaestionem. Digna tamen haec est ut diligentius studio, & interpretatione expendatur. Primum omnium studium perspicuum in restitutionem expono. Sempronius, ut virginem ad stuprum, uxorem alterius in adulterium, auctorem ad nefarium crimen, licentium ad homicidium patrandum illicitere, mercedem certam promissit. Disputatur, utrum ex hoc flagitioso promisso obligatio oriatur, aut solvendi promissum, aut flagitium? Haec est prima quaestio disputanda. Altera de restitutione iuxta turpis postea discutietur.

II. Convenit penes omnes, ante admissa scelera nullum esse promissum, atque adeo restituendum ab utroque stipulatore. Nemo

quippe aut sibi, aut alteri pacto aliquo vel conventionem imponere peccandi necessitatem valet. Quare omnis promissio, etiam iuramento firmata, de re turpi nulla est, & inique impletur; sicuti Herodes scelerate implevit iuramentum puella saltatrici factum. Docent quoque omnes, vel ipsi Probabilia, pretium promissum ob turpem actionem patrandam nullum inducere solvendi debitum, si malum, puta homicidium, patrum non sit. Disputant vero, num talis promissio implenda sit, malo patratio?

III. Respondent Salmanticensis tract. xi. r. cap. 7. quest. 6. num. 154. hinc sere verbis. Sit regula generalis, Attento iure nature, perperato opere illicito (ut homicidio, sacrilegio, maleficio, incantatione, fornicatione, falsa sententia) de quo patrandum inuitus contractus erat, vel promissio, tenetur promittens solvere pretium, & recipiens non tenetur ad restitutionem talis pretii. Quia sicut aliter in contractu oneroso impletur quod promittitur, par est ut alter etiam quod promittitur, solvat. Tum. Omnis promissio implenda est, cum licite impleri potest. Sed postea aliter opere illicito, licite implevi promissio valet, licet non ante illud. Ergo implenda, Denique res illicita est pretio estimabili, tum ratione laboris, & periculi, cui se executor committit; tum voluptatis & delectationis eius qui rem illicitam fieri curavit. Est communis sententia Doctorum.

IV. Communem hanc esse Theologorum sententiam, verum habet. Non delint tamen Theologi, & quidem graves, qui oppositum sentiant. Porro quoties questio quaeritur est, & que in utramque partem a Theologis disputatur, vix ego meam ferre sententiam audeo ob errandi periculum, nisi evidens & luculenta ratio occurrat, que sane in hac questione mihi non splendat. Illud tamen fateri debeo, fortius me preme-re argumenta que prestat stipulationis va-lore negant. Igitur ut mihi, & lectori meo caveam, utriusque partis argumenta dabo: qui vero longius vident, quid sentien-dum sit, definiant.

V. Oppositam itaque opinionem propo-nant Adriani in IV. de restit. §. Restat in-quirere. Ioannes Medina Cod. de restit. Nar-varrus in Manual, cap. xvii. num. 38. Wigors tractat. v. Contract. cap. 11. dub. 6. Paulus Comitulus Lib. III. quest. v. Henricus a S. Ignatio Lib. IX. cap. xxi. Continuator Turnely Part. III. de restit. sect. 4. Auctor Collet. Paris. IV.

VI. Argumenta que evincunt, omnia pa-

stra, promissa, stipulationes que pro scelerato patrandum facta fuerunt, nulla esse, hinc au-tem, sive post sceleris executionem, hoc or-dine recensebo. Primo ea promissa que pre-fata pacta absolute, nulla distinctione tem-poris, ante & post factum, damnant. De-inde exponam ea que stipulationem nullam ostendunt etiam post patratum flagitium.

VII. Et primum iura tum facta, tum ci-vilia absolute decernunt, stipulationes ob-turpem causam initas nullius esse momenti, nullam habere vim, pro infectis habendas. Gregorius IX. cap. Patitiones, hinc statuit: *lucta legitimas sanctiones, patiumturque, vel rei turpis, aut impossibilis, de iure, vel de facto nullam obligationem inducit.* Glossa in illa verba Rei turpis. „Nulla rei turpis est obligatio.“ Item regula Non est obligatum contra bonos mores praestitum iuramentum. Plura alia allegat Comitulus que praetero. Luna civilia in l. Generaliter, 26. ff. de verbor. obligat. §. ff. Generaliter nocimus, turpes stipulationes nullius esse momenti. Item in l. Mercedes Cod. de condit. Ob turpem causam ex stipulatione contra bonos mores interposita denegandas esse actiones iuris aucteritate demonstratur. Item l. Pacta qua Cod. de pactis: *Pacta que contra leges constitutis-que, vel contra bonos mores sunt, nul-lam vim habere indubitanter iuris est.* Plurima alia praetermitto.

VIII. Paulus Comitulus loc. cit. contem-dit, hanc esse omnium Doctorum senten-tiam, duobus (inquit non. 2.) exceptis, Soto, & Caietano. Idcirco subdit num. 3. prudentis dissipatoris esse, supersedere a Doctorum testimonio in hac causa. Sed quoniam (subdit) res agitur cum pertinaciter adversariis, hoc genus probationis haud praetermittendum est. Laudat lubidine plu-res iuris pontificii interpretes. Fallitur Cl. Comitulus, dum oppositam sententiam Soto, & Caietano tantum adscribit. Compertum quippe est maiorem Theologorum partem in eadem concedere opinionem. Est nisi factum manifestum esset, auctores prome-rem. Sed ultra pergere satius duco.

IX. Altera igitur proposita questio pars evincenda est, videlicet etiam post peractum malefium, & flagitium nullam in promittente obligationem nullam in maleficio a-c-tionem repetenda pacta mercedis solvendi sunt. Si ita ne primum argumentum, Si post factum solvendum pretium promissum est, vim aliquam stipulatio habet. At nullam ha-bere leges declarant. Praeterea omnes et-

iam adversarii sententur, eiusmodi stipula-tiones rescindendas omnino esse. Nullius ergo momenti, & obligationis sunt. Si enim vinculum quodpiam inducerent, non essant omnino rescindende; nec leges & iura omnia clamarent, pro infectis habendas, ut inutil-iter improbandas. Sed ut ad incitas adver-sarii redigantur, sic argumentor. Si stipula-tio hinc post factum vim habet, eam pro-fecto non habet ex novo pacto, seu conven-tione inter contrahentes, sed ex pacto quod factum praecessit. Alterutrum ergo fatean-tur adversarii necessum est: aut stipulatio-nem hanc validam esse ante, & post factum, aut nullam esse tum ante, tum post factum. Nulla hic ad effugium rima patet.

X. Accedit quod stipulationis contractus in contrahentium verbis que eorumdem con-sensuentione prodant, situs est. Sed stipulatio solvenda mercedis pro re turpi nullam reti-neret consensuentionem; cum hac mutua con-sensuento prava & scelerata sit. Ergo nullam retinet contractus formam. Caret itaque omni obligatione, & actione, sive que fa-ctum antecedat, sive que consequatur. Ce-dendo numquid obligatio, sive conventio li-cet extincta, aliquando reviviscit? Negant omnes. Ergo multo minus obligatio que nunquam fuit ante factum, immo pro in-fecta ab omni iure naturali, divino, & hu-mano habetur, aut reviviscet, aut exister. Confirmant hoc tria que sequuntur argu-menta. Primum. Lex, ratio, Deus infen-tius odertur, severiusque puniunt iniquita-tem pacti sceleris quam patrandi. Ergo si propter turpitudinem rei nondum facte vim obligationis a stipulatione auferunt, multo magis auferre eam debent ob rei facte pri-vitatem. Alterum. Obligaciones que ad ma-lum impellunt, scelerate fovent, tolerari minime debent. Sed si stipulationes, & pacta solvenda mercedis pro flagitio commit-tendo servanda forent, peccandi licentia im-pudentius grafiaretur, & aditus ad infinita scelera pateberet. Tertium. Vota, & ius-titiam que nos Deo devincunt, plus roboris habent quam promissiones humane. Sed vota, & iuramenta ex communi Theo-logorum sententia pro peccato patrandum nulla sunt. Ergo multo magis promissiones humane.

XI. Ultimo loco P. Comitulus post argu-menta que paucis demptis recensuit, hinc ex Durando adducit, que totidem referre ver-bis lubet. Postrema, inquit, ratio est Duran-di, cui nullas resignabitur, non pravi ani-mi contentione proventus. Sic enim argumen-tatur in III. dist. xxxix. quest. iv. Iusturan-dum quod turpi conditione conceptum est, ubi ex extiterit, non est necessario servan-dum. Qui votum facit inhonesta conditio-nem pollicetur, si post conditionis eventum illud cogit solvere, accidere id non pot-est, nisi quia sursum v. g. e sententia evenit. At ob id votum solvere est novo se imperiatis sceleris obligare. Quare qui aiunt, postquam exiit conditio, votum satisfacere debere eum quid ad votum turpam conditio-nem adiunxit, quamvis non ex conditio-ne id fieri debere dicant, aientia, & negantia eodem tempore fatent coguntur, inquit Du-rando. Quae argumentatio in omnia pro-missa, & conventiones valet, que aut con-ditionis inhonelle, aut flagitii adiunctione inquantur; ut, Tantum tibi dabo, si plangium, si necem feceris, si alio quocumq; le-cere obsecutus mihi fueris. Iuramentum, in-quit S. Thomas in III. dist. 39. quest. 1. art. 3. quod de necessitate evacuat: quod cadit in omnem aliam promissionem non iuratum, cuius minus arctum est vinculum.

XII. Ex his omnibus serio consideratis, matureque expensis colligitur, contractus, pactiones, stipulationes, promissa que cum honestate morum, cum sanctitate legum pa-guant, nullam parere obligationem que ex contractu sit; sed obligationem tantum ex maleficio, que efficit ut contrahentes aternis penis apud Deum, & apud homines etiam ultimo supplicio digni fiat. Vere enim, concludit P. Comitulus, illud a D. Thoma editum est in 17. dist. 17. quest. 11. art. 3. quest. 11. ad 1. quilibet peccator non solum aeterna, sed etiam temporalis merito dignus est.

tatur in III. dist. xxxix. quest. iv. Iusturan-dum quod turpi conditione conceptum est, ubi ex extiterit, non est necessario servan-dum. Qui votum facit inhonesta conditio-nem pollicetur, si post conditionis eventum illud cogit solvere, accidere id non pot-est, nisi quia sursum v. g. e sententia evenit. At ob id votum solvere est novo se imperiatis sceleris obligare. Quare qui aiunt, postquam exiit conditio, votum satisfacere debere eum quid ad votum turpam conditio-nem adiunxit, quamvis non ex conditio-ne id fieri debere dicant, aientia, & negantia eodem tempore fatent coguntur, inquit Du-rando. Quae argumentatio in omnia pro-missa, & conventiones valet, que aut con-ditionis inhonelle, aut flagitii adiunctione inquantur; ut, Tantum tibi dabo, si plangium, si necem feceris, si alio quocumq; le-cere obsecutus mihi fueris. Iuramentum, in-quit S. Thomas in III. dist. 39. quest. 1. art. 3. quod de necessitate evacuat: quod cadit in omnem aliam promissionem non iuratum, cuius minus arctum est vinculum.

XIII. Contraria sententia argumenta, que iam lupra ex Salmanticensibus indicavi, ite-rum proponenda, & expendenda sunt. Pri-ma atque praecipua que opponitur ratio, hanc est. In flagitii contractum qui ad scelerate agendum aut corpora, aut operas suas lo-cant, distingui duo debent, & fecerint. Unum est actionis pravitatis, Dique offensio; al-terum voluqtatis, delectatio, entitas actio-nis molestia, periculum, cui flagitiosus exponitur. Primum venale esse nequit; la-cundum natura sua, & per se vendibile est.

XIV. Respondet P. Comitulus, hac ratio-ne vendibilem Deum esse, Angelos, ani-mam rationalem, gratiam divinam, iura-menta, quatenus caria sunt. Quid quod hinc distinctio metaphysica perperam addo-cti videtur ad morum quaestiones dirimen-das: Praefata maleficia & flagitia libi con-

tractum & venditionem non cadunt, quantum entia intellectus præcise abstracta, sed ut ludo conditionibus involuta. Voluptates quæ sunt flagitiis, seculæ sunt & improbae. Ergo si flagitia ipsa venalia non sunt, neque voluptates quæ flagitia comitantur, vendi poterunt. Quandoquidem voluptates quæ improbas seculæque consequuntur actiones, improbas & ipsæ esse, atque illarum actionum naturam induere, nemo inficiari valet. Ergo voluptas quæ est seculæ comes, & ipsa seculæ est. Ergo quem admodum seculus ipsum nullo tempore venale est, ita neque eiudem comes voluptas. Quid quod seculæque voluptas quam substantia operis cui inhaeret, est? Voluptas quippe ei veluti improbi operis lenocinium, eidem famulatur, & interit: illud appetibile, diuturnum, iucundissimum efficit. Cur tanto impetu homines fermantur in flagitia, & veluti equi, ac multi libidinis se se ingurgiant nisi ob voluptates? Numquid voluptates illæ separari ab actione valent? Quis unquam voluptatibus, & non operibus flagitiolis pretium pendit? Opera autem flagitiola cum apud Deum, tum apud homines non pretium, sed supplicia mereri, quis est qui inficietur? Idque iuculentius evincitur. Si voluptas operis vitiosi venalis foret, pretioque digna; diligi sane posset, & desiderari. Quis vero ita desipiat, ut asferat diligi abique nova culpa posse voluptatem quæ operis flagitiosum comitatur? Potestatem, si opus vitiosum aut ratione entis, aut ratione voluptatis, aut ratione molitæ, laboris, periculive pretium meretur, & mercedem, venale absolute est. Ergo quæ ante factum ac post emi, vendi, & stipulatio, atque conventio fieri de eo potest. Negant advertarii, fieri id ante factum posse. Ergo negent eadem ratione necillum est, licitum id post factum esse. Si periculum qui searius subiacet, venale est; venale erit periculum æternæ damnationis poenæ: quo quod absurdus dici valeat, non videtur. Primum itaque, quæ potissimum oppositæ sententia fundamentum omnæque parte corrumpere videtur.

XV. Altera istius sententiæ ratio eiuſdem est. Stipulatio cum meretricæ inita de pretio ob turpem concubitum pendendo, saltē post factum, valet, cogiturque ab iudice sortatorum conventum pretium solvere. Siquidem licet meretrix turpiter agat, eo quod meretricis est, non tamen turpiter accipit, ut est in l. 4. ff. de condition. ob turp. cauſ. quam legem secuti sunt Theologi omnes.

XVI. P. Comitulus, qui totidem verbis hoc sibi proponit argumentum, perdocte tria distinguit. Primum, num stipulatio inter sortatorem & sortum valet? Secundum, utrum turpiter accipiat? Tertium, utrum iure sibi debitum capiat quod capis? Primum ex his quæ dicta sunt, penitus corrumpitur. Nemo quippe Catholicorum in discrimen vocat, meretricium coitum opus esse flagitiosum, iure naturali, divinique interdictionis, ac seculæ æternis supplicis puniendum. Ergo si stipulationes de turpi opere patrandō nullæ sunt, & improbae, non est cur conventiones de opere meretricio factæ valere debeant.

XVII. Secundum capit duplici responſione diluit præfatus Comitulus. Meretrix turpiter accipit, si accipiat vel propter stipulationem, quæ criminola est, vel propter sortationem, quod crimen est. Cum enim acceptationis causa turpis sit, turpem quoque acceptationem esse necellum est, novoque crimine contaminatam. Si vero tamquam munus, & quid gratatō donatum, & ut Navarrus ait, tamquam quid derelictum accipiat; tum non turpiter accipit: vel ut subdit Comitulus, si accipiat tamquam lucrum sibi a lege tributum, legeque iubente sibi additum.

XVIII. Tertium capit infirmum esse contendit P. Comitulus, nec multorum, nec gravium Auctorum habere approbationem. Et quidem Navarrus in *Mannual. cap. xvii. num. 38.* & *Medina. cap. de Ref. quæst. xx.* & *Adrianus. loc. cit. evincunt*, huc luparam gregi nihil ex iustitia deberi. Comitulus duo hæc distinguit, meretricem turpiter non accipere, & promissam mercedem iure persequi. Nam turpiter non accipit, si eo quo dictum est, modo accipiat. Turpiter vero accipit, si vel propter flagitiosam stipulationem, vel propter flagitiosum accipiat. Quandoquidem in stipulatione, & flagitio nulla est obligatio, nisi ex maleficio. Restat igitur, pergit P. Comitulus, ut quem admodum iure pactum seculæ libidinis pretium petere meretrix possit, exquiramus. Respondet Bartolus, Cyanus, eiuſque affectatores, docentes, ideo meretricem iure petere, quia principio stipulatio rata fuit; quod improbatum supra est. Alii ius petendi in eo agnoscunt, quia actus veneris vendibilis est, aut ut est, aut ut voluptuosus; quam distinctionem quoque rejicimus.

XIX. Post aliorum pronuntiatia suam promittit Comitulus sententiam: cuius oppositus, loquitur, vertor ne novitate ipsa minus aliquid probabilis videatur. Tria ille distinguit.

Unam est, civitatum Principes, & legislatores necessitate adductos meretricium genus, quæqueque meretricium permittere, ut hoc minore malo maiora mala, & scelera caveantur. Nam si meretricis ob hominum ceterum abigerent, eodem tempore in civitates flupra, incellus, adulteria, sacrilegia, aliamque iniuriam flagitia inlunderentur: quæ sapientis rectoris est nulla ratione in hominum vita tolerare. Alterum est, ceterorum flagitiorum quæ legibus puniuntur, lucra si nem sibi vindicare ex l. Lucius ff. de turp. cauſ. ff. Lacrum autem ex peccato meretricio relinqui meretrici l. 4. ff. de condi. ob turp. cauſ. idque ob multa commoda quæ civitatibus, hominumque societati comparantur. Tertium, legem iulle in eum posse animadvertere: qui cum vulgari sorto volutur, & qui peccat, iulle ei multam irrogare. Quia lege posita, pactum pretium, nulla iudicis expectata sententia, solvendum sorto est. Pretium ergo meretrici debet, si Comitulus concludit, non ex iusto aliquo contractu, non propter peccatum eius, sed sortatoris, quem lex, & communis iudicium conſeclent ad hanc subvertendam multam, seu poenam damnat. Et hæc quæ dicta sunt, concludant etiam de ceteris feminis quæ viros non habent.

XX. Opponunt tertio loco. Sponsalia inita cum muliere ea conditione, si sui corporis copiam liceat sponſori, valent. Contractus etiam matrimonii turpis conditionis accessione, modo unum aliquod & tribas matrimonii bonis non evertat, ratos est. Resp. Pactio sine rata Ecclesia habet ex sua peculiari constitutione, quæ propter bonum commune spirituale, dum favore ipsos salibus, & matrimonio decrevit, turpes conditiones tamquam non adiectas declaravit. Quamobrem oppositio facta, inquit P. Comitulus, nostram confirmat sententiam. Nam Ecclesia, ut rati sint contractus illi, conditionium turpium non submoveret, & nudum contractum considerari desinivit. Quam responſionem confirmant hæc præceptione Durandi in III. Sent. diſt. 39. quæst. iv. *In sponsionibus, obligationibus, legatis, contractibus, que sunt hominibus aut hominum, iura possent ponere, vel tollere obligationem in poenam delinquentis, & in favorem innocentis, seu in favorem status contractus. Ita conditio impossibilis, vel insolentia, que non est contra bona matrimonii, habetur pro non adiecta ubi, cap. de cond. apsol. Et in legatis conditio mala habetur pro non adiecta.*

XXI. Quarto loco opponunt. Iuda si-

lius Jacob, cum Thamar hædum sponſum dilect, si ea positus esset, postquam cum ipsa consuetudinem habuit, ne mendacii cogaretur, hædum misit. Ergo Iuda exemplum, quod sorto promittitur, efficiendum est.

XXII. Sola expositio facti, quod *Genes. xxxviii.* narratur, evanescit obiectio. Thamar velitu mutato, oportæque facie, ne a Iuda suo socio agnoscere, conſedit in bivio. Illic adventum Iudam præfatorum. Quam conspicuus Iudas, cum sortum esse suspicaretur, num seculum committere corpus vellet, solicitatur. At illa? Dixit mihi dabit, ut sicut concubitu meo? Quis: Misum tibi hædum de gregibus. Respondit illa dicens: Pater quod vis, si dederis mihi arbatonem, donec mittas quod polliceris. Cui petenti dedit annulum, arbatonem, & hædum. Miſit autem Iudas hædum per pastorem suum, ut reciperet pignus quod dederat mulieri: qui cum non invenisset eam, interrogavit homines illicitos: Ubi est mulier quæ sedabat in bivio? Respondentibus conſtit: Non fuit in loco ipſi meretrix: reversus est ad Iudam, & dixit ei: Non inveni eam. . . . At Iudas: Habet sibi: certe mendacii arguere nos non potest. Ergo miſit hædum quem promiseram. . . . Ece autem post tres menses nuntaverunt Iudas, dicens: Fornicata est Thamar nurus tua. . . . Dixitque Iudas: Proditæ eam, ut comburatur. Que cum disceperet ad parvam, miſit ad socerum suum, dicens: De viro cuius hæc sunt, concepi: cognosce, cuius sit anus, & armilla, & baculus. Qui, agnitus munibus, ait: Iſtoſt me est.

XXIII. In hac narratione, inquit P. Comitulus, quid est, obiecto, quod caulam non magis opprimat quam erigat advertariorum? Primum fontis hominis nobis exemplum proferunt, ex quo ius sunt non oportere. Deinde nos de meretriculorum lucris, quæ sine fraude, & mendacio suo corpore merentes faciunt, differimus: quibus mulieribus ius omne ignoscit. Iſti pro meretricæ incellum mulierem, quæ fraudem capitalem admittit, & cui nulla parit lex, & cui turpia lucra admittit, nobis obtrudunt, concludit totidem verbis Comitulus, qui advertit, Chryſoſtomum, Augustinum, Hieronymum culpæ fontes damnare tum Iudam, tum Thamar; quamvis opposita sententia ardeat Theodoro, & Ambrosio. Ceterum Iudas hædum misit, non tam ut mercedem solveret, quam ut pigra sua redhiberet. Denique Iudas hædum mittendo, non tam ius ex stipulatione turpi, quod nullum erat, ipe-

spectavit, quam ne mendacii insimulari a muliere posset.

XXIV. Ultimo loco opponitur. Non est viri boni mentiri. Sed qui promissi fidem non liberat, mentitur. Ergo implendum promissum bono factum. Resp. Aliud est mentiri, aliud promissum non servare. Illud namquam licet. Hoc sepe est necessarium. Insimulandus non fuisset perituri Herodes, si iuratum puella salutaris promissum non servasset? Fidem ad peccandum adhibitam non esse fidem appellandam, docerit Sanctus Augustinus; & res ipsa declarat.

CAPUT XI.

Paucis exponitur sententia nostra: Et quid de quibus meretricis restitutione decernendum sit, exponitur. Opiniones laxæ P. Lellii, & aliorum reselluntur.

I. Hæcenus que docet P. Comitulus, paucis adiecit, & paucis demptis, recenli. Nunc que sentio ipse, paucis expono. Omnis conventio, pacto, promissum pro actione natura sua turpi & scelestia (ut sunt homicidia, iura, falsa testimonium &c.) patrandæ, iure nature, & demptis legibus positivis, & quæ ante factum iuxta omnes illicita, & invalida sunt, talia quocumque reperiuntur, etiam post factum debent. Argumenta quæ pro hac confirmanda sententia capite superiori ex P. Comitolo retuli, ad ego mihi luculenta sunt, & includabilia, ut nulla eludi tergiversatione queant. Rationes quæ in epossum obtruduntur, ut ego quidem arbitror, nullam vim habent. Quod homicidium patrandum non ratione criminis, sed ratione periculi, molestiæ, laboris, quod fornicatio ratione non malitiæ, sed voluptatis consentis dati possunt vi alicuius promissi, & sponsionis, seu conventio- nis, & stipulationis (sublata positiva lege) pacto mercede redimi; quod actio datur in executeore facinoris, & obligatio in promittente petendi, & solvendi pactam mercedem &c. hæc omnia paradoxa, & merita figmenta mihi videntur. Quoniam si venalia, & pretio digna hæc essent, æque ante ac post factum talia forent. Nec est quod opponas, ideo ante factum esse invalida, & criminosa, quia ad malum patrandum impellunt. Nam obvia responsio est, semper stipulationes alicuius respicere voluptatem, molestiam, & periculum, etiam ante factum. Nam æque ante ac post factum intellectus hæc omnia a malitia ope-

ris sua præcisione sciungit. Quod si reponas, ante sciungit non posse, bene vero post; pugnantia loqueris. Neque enim in suis præcisionibus a temporis intervallo animus pendet. Verum ut ad incitas advertentis redigam, quero: Unde eiusmodi stipulationes post factum vim accipiunt? Non a novo pacto, ut supponitur. Ante factum, te sentente, nulla erant. Nulla ergo absolute & ante, & post factum dicenda sunt.

II. Illud nunc est reliquum ut decidamus, num turpe lucrum restituendum sit. Et primum communis sententia defendit, quantum nempe meretricium non esse restitutioni obnoxium, nisi sit immoderatum, aut fraude, dolove quæritas, aut ab illis legibus qui alienandi ius non habent. Hanc doctrinam tradit S. Thomas 2. 2. quæst. lxxi. art. 5. ad 2. *Alio modo aliquis illicitè dat, licet ipsa datio non sit illicita: sicut cum quis dat meretrici propter fornicationem. Unde & mulier potest sibi retinere quod ei datum est.* Similia habet quæst. xxxii. art. 7. & in *l. distinct. xv. quæst. ii. artic. 4. quæstione. 11. Admodum veritas duo velim. Unum est, semper Doctorem sanctum, dum de turpi lucro loquitur, exemplum subicere quæritus meretrici; nullibi vero aliter, & alio turpi flagitio quæritum lucrum a restitutionis onere liberum esse. Alterum est, nullibi explicare ius vi cuius hoc lucrum meretricium debeat; sed solum docere, quod datio non sit illicita, atque adeo neque acceptio.*

III. Dico igitur, meretricium posse repetere, & retinere hoc pretium, non ob factum in flagitium consentium, non ob voluptatem, non propter periculum aliquid, non denique quod sui corporis copiam locare queat, non ob aliquam stipulationem, vi legis naturalis obligantem; sed quia leges, ob maiora vitanda mala, scorta permittentes, hæc multa puniunt licitatos, ut mercedem solvant. Quæ siquidem ratione permittunt scorta, eadem plectere hæc multa licitatos iure valent, ut in poenæ patrati sceleris solvant scorto mercedem. Ad hæc, leges permittentes meretrices, humanas esse, quarum iustitia nobis luculenta non est. Leges istæ permissivæ sunt. Leges humane humanam spectant societatem; & plura, ut dixi, minora mala permittunt, ut graviora declinent. Utrum apud Deum istæ semper sint, nobis non constat. Quare meretrices omnes sincero penitentia spiritu tactas, ut prolicent hæc flagitiorum monumenta, ego adgerem. Prudentia ta-

men

men opus est, & pro circumstantiarum diversitate eorumdem sustentanda vitæ providendum. Hæc de publicis scortis.

IV. Quid de ceteris feminis, de virginibus, de monialibus, de uxoriis, que publicæ meretrices non sunt, dicendum est? P. Comitulus quæst. v. hæc de his feminis pauca verba scribit *nu. 13.* Quæ vero a me de meretricibus dicta sunt, de illis quæ viros non habent, dicta sint. Nec verbum ibi aliud habet. Quæstione autem 6. casum proponit, num quod publicis meretricibus ius concedit, consequutinis, & indiciorum mos, ut quæstum faciant sibi, hoc idem privatis, occultitque meretricibus largiat? Antiquiores Canonistæ, & Theologi negantem sententiam defendunt. Angelus, Cynus, Abbas, Adrianus, Navarrus, Panormitanus, Medina, Oñensis, Ricardus, Paludanus, Janocentius, & alique, qui communem sententiam appellant hæc, que occultas meretrices, & multe moris virgines, uxoratas, Moniales ac restitendam turpem quæstam, ex flagitioso concubitu acquiritum, abstringit. Argumenta quibus hæc nititur sententia, ea sunt que indicavimus supra. Opus peccati nihil nisi poenam æternam meretur; nec ullum ei debetur pretium. Tutios enim quod aliquid pro crimine datur, ipso nature iure nullus est. Ergo dominium non transfert. Et postremo pretium pro actione quam quis suscipere gratis deberet, datum, restituendum danti est. Ergo multo magis restitutum debet quod quis pro actione improba solvit.

V. Ideo publica scorta reddere turpem quæstum non debent, quod leges ob maiora vitanda mala, ut diximus, ea permittentes, muldant scortatores ad hæc pretium pecuniarium solvendum. Leges sacras nullus ergo vitulus adit, que eiusmodi feminæ retinere pretium istud valeant. Id quod confirmari hoc pacto potest. Vir quæstus a femina ut scorum concubant pacto pretio, neque exigere, neque retinere illud iure posset, quod nulla lex hæc mercedem probet. Non me latet, Dominicum Soto *Lib. II. quæst. vii. art. 1.* docere, potiori iure exigere virum a muliere flagitiosi concubitus pretium, quia solus ille præbet. Quæ ratione contendit, repetere Alexandrum Magnam iure nature potuisse a Regina Amazonum, que suscipiente prois gratia illum convenit, oblatum pretium. Sed hæc opinio ut laxam, & nimiam a sancitumque legis honestate & aequitate exor-

bitantem, respiciamus. Similiter nimium laxa mihi videtur sententia P. Leonardi LES-SII, qui *Lib. II. de iust. cap. xv. de h. n. 52.* hæc scribit. "Eti opus malum, pro quo dedit, non sit estimabile pretio quæ malum; tamen quæ delectabile, vel utriusque uni, & alteri detrimentolium, periculosum, laboriolium, inter homines pretio estimatur: ergo quod hæc ratione pro eo est acceptum, non est restituendum; nisi forte quis existimationem excefferit; ut si meretrix quæ usuram sui concedere sollet uno aureo, ab aliquo iuvene extorlerit 59. tanquam pretium. Hoc tamen locum non habet in ea que putatur honesta; ut si matrona aliqua, vel filia 100. aureos pro ultra corporis accipiat ab eo qui dare poterat." RETINERE POTEST. NAM TAMEN ET PLURIS. POTEST SUAM PUDICITIAM ESTIMARE. Res enim certum pretium non habent, nec ad vitam sunt necessaria, sed voluptatis causa queruntur, arbitrio venditoris possunt estimari; ut probatior docet Petrus Navarra, & alii. "Nisi scilicet suo iusto probabilifico faginante mentes essent, audire ne siæe horrore talem doctrinam possent? Quid? Filia christiana, matrona catholice splendidissimam castitatis virtutem ingentiori vendere pretio valent? Quid, si M. Tullius, si Seneca, si Plutarchus tam portentosa audissent commenta? Quid declamatoris, iniquitatis, personam agis? Utinam Taliæna præditus eloquentia essent, ut validius refoelleret tam inaudita paradoxa possem. Petrus Navarra, citatus a P. Lessio, laxam opinionem patronus, nullius est auctoritatis. Cedo: Quo iure, qua lege, quod prudentum iudicio, estimatum pretium, & quidem honoris, pendendum est virginibus puellis, honestisque matronis, si se scortatoribus prostituunt? Undenam tam latulenta doctrina? Ex sententia probabilistica, ex nota opinandi modo improbat ab Alexandro VII. Quod opponunt, artificem die festo laborantem, pactam mercedem exigere, & retinere posse, nulla momenti est. Opus enim labore, & arte parum, natura sua venale est, & pretio dignum. Circumstantia extrinseca temporis ab opere ipso pretii valorem minime tollit. Pluresque rationes occurrunt que opera diebus festis peracta honestent. Perperam ergo hæc obtruduntur.

VI. Sed, missis argumentationibus, quid ipse sentiam, paucis expono. Virgines potissimum adigenda a prudenti Confessorio sunt, ut flagitiam mercedem continuo in paup-

tes

res conferant. Per qui quis peccat, per eadem torquet merito debet. Mulieres, siive virgines, siive viduae, siive uxorate, ut luxum, pompas, fastum, ambitionem fovant, castitatem venalem facient: flagitiius flagitia alere, & scelera secleribus accumulanti. Radix ergo pudicitiae vendendae praecipuum omnium debet. Numquam, ut danti mercedem restitunt, coguntur. Homo flagitiosus, qui pecunia illicio virginem, viduam, Monialem attrahit in secleris commercium, merito privatione soluta iusque mercedis plebitur. Quod possint eiusmodi mulieres hanc mercedem tanquam donum sponte datum ab eo qui alienandi fœca iure potitur, retinere, ut communior docet sententia, non repugno. Ad dico, quod poena oportuna, ne dicam necessaria, feminis istis imponenda, est distributio eiusmodi donorum inter pauperes. Privati hinc iniquo pretio debent, ne aniam inde peccandi capiant, & ut pro parato scelere penas lauant. Nulla quippe validior medicina ad peccatum expellendam quam illi auferre per quod peccatis, animam ingressa, caliditate labefactavit. Si poena hic iniquitate quaerita, lananda castitas, & a futuris flagitiis praeservanda necessaria fuerint; Confessarii prudentes partes erant id decerpere quod mulieris saluti opportunum expedire cognoverit. Sed cavendum ne ambitio larva paupertatis se conat, providendumque ne acceptorum donorum retentio parati flagitii memoriam, & amorem sensum sine sensu fovat, accendatque. Iudas ipse dividendi Magistri divini pretium Principibus Sacerdotum restituit, qui ex eo agrum in peregrinorum sepulchram emendam decreverunt. Vel ipsius ludae animam sanguinis pretium perterrescit, quod proditoris crimen ob oculis referebat. An Christum veniam non faciunt femine, dum corpora sua que templa sunt Spiritus sancti, scortatoribus, pacta mercede, exhibent pollentia, & foedanda? An pretia accepta non sunt flagitiosus congressus monumenta, quae parum seclus in memoriam revocant, atque ad animi suscepta vulnera refricanda lanam aperunt? Midia itaque disputatio nunc, quo iure, qua lege valeant eiusmodi occulte meretriciae turpem retinere mercedem, in id incumbendum ut illarum sanetur animus, & quid agere debeant, ut salve fiant, serio expendum est.

VII. Quæst. I. *Scorta siive publicae, siive occulte venentur ne restituerent pretium receptum ob turpem concubitus a Religioso?* Resp. Similes non excitare quaestiones, odii,

invidiarque plenas, nisi excitas legerem & novis Theologis. Pellizarus in *Manual. Reg. tract. iv. cap. 11. sec. 4. quæst. 111. Machadus Tom. II. Lib. V. p. 2. tract. 1. docem. 11. Logo disp. 111. sect. 3.* Ioannes a Cruce *Lib. de stat. Relig. cap. 111. dub. 1.* & alii opinionem negantem defendunt: Quoniam, inquit, quando Religiosus facultatem obrinet a superiore disponendi de bonis sibi ad usum concessis, dum in turpes res ea ditrahit, licet in modo alienandi contra superiores voluntatem agat, ipsa tamen alienatio valida est: & in hanc alienationem absolute spectatam superior consentit.

VIII. Hæc mihi opinionum portenta apparent, quæ mirum in modum patefaciunt quo laxitatis novus opinandi modus pertrahat humanam mentem. Dico ergo, mulieres quilibet, siive virgines, siive meretrices, teneri restituere turpem mercedem ab eiusmodi Religiosis acceptam. Evidentius hoc est nulla probatione egeat. Invalida quippe est nulla quæcumque istorum alienatio abique superioris facultate porata. Porro superior nullis sententiam imperari pendendi pretium pro usu turpi valet. Anne superioris arbitrio solennis voti paupertatis observantia subiecta est? Custodes rotorum, & sacri disciplina depositi sunt Religionum Praetati. Nihil concedere Religiosis valet quod istorum salubritas, aut in bonum Religionis non cedat. Si excessum facultatem Praetati facerent solvendi pro nefario concubitu mercedem, nulla talis facultas esset; & tam Praetati concedentes, quam subditi hæc licentia utentes, peccarent. Quoniam Religiosorum nemo, nisi ad usus necessarios, & honestos, quidquam expendere iure valet. Nec opposita opinio quæ communem sensum offendit, minus repellenda est. Si Religiosus virginitatem puellæ auferret; quid agendum? Possent ne eidem succurrere, aut filios ex eadem susceptos alere? Hæc monstra legem non habent, nec regulam. Uno monstro parto, plura necessario consequuntur. Quid tum agendum sit, definit nequit; sed quod, circumstantiis spectatis, ius ipsum naturæ praescribit, prudentiam iudicio exsequendum est.

IX. Quæst. II. *Chiviana restitueret uxorem suam turpem aduiterio comparatum debet?* Resp. Marito respondent plures, quod is dominus sit uxorie corporis. Porro res quæque proprio domino fundificat. Ergo nectarius quilibet tali corpore parvus, maritus est. Idem confirmat paritate Monachi, cuius homo turpiter quaerita, Monasterio acquisita sunt.

X. Fallam & hanc opinionem repeto, Quid?

Quid? Maritus ne in corpus uxoris ad adultærandum dominium habet? Ius ne maritum in se uxoris corporis adulteris tradendi? Uxor ergo receptam turpem mercedem in pauperes extorqueat alitiguitur. Negatur turpiter a Monacho acquisita Monasterio acquiri. Ideo & hæc aut dominis, aut pauperibus danda sunt.

XI. Quæst. III. *Si vir femine donet, ut extorqueat consensum flagitiosum, potest ne donum femina retinere, usque corporis non concessit? Resp.* Si pactum implicitum aut explicitum præcessit, relinquenda munera donatori sunt, ut omnes sentiant. Si nullum pactum præcessit, sed donum gratuitum sit, retinere illud posse, etiam non concessio corporis ista, docent Salmanticensis tract. xiiii. punct. 6. num. 167. cum Molina, Prado, Duacillo, aliique Neoteris. Ego restituendum totum altero donatori ad scanda lum vitandum. Quis honestam castamque iudicate puellam, mulieremve potest qua dicitate nequam, mulieremve potest qua dicitate collata? Mulieres quo eiusmodi munera accipiunt, vase habentur, & effrontes, omni pudore, & honestate delituta. Ut has infamia notas declinent, pecunias, & cetera marginalia omnia amalis reddant, hoc S. Petri improprio redarguentes doctorum: Pecunia tua, munera tua tecum sunt in perditionem. Hoc dicit christiana doctrina, missa catulilla Ethice, oppositum suggerente, & propagante.

XII. Quæst. IV. *Implenda ne est prædicta promissio femina facta ob eiusdem corporis usum?* Resp. Duo astringunt recentiores: Primum, ut certum penes omnes, nempe retinere mulierem posse donum prodige concessa ab eo qui dominus absolutus anorum est. Alterum alitigui virum ad implendum turpe promissum, licet non sit iuramento firmatum, & potiori iure, si iuramentum accedat: quoniam promissio acceptata obligat, servarique debet, quoties res promissa dari potest sine peccato. Sed clarius accipe speculationem quam parit novus opinandi modus. Promissio, inquit Logo *disp. xviii. sect. 2. n. 61.* auferit malitiam prodigalitatibus ab eiusmodi dono. Prodigum donum est, atque adeo vitandum. Ad solita promissione iam donum evadit debitum vi eiusdem promissionis, & considerendum mulieri est. Hanc eandem opinionem defendunt Fillucius, Sanchez, & alii.

XIII. Recedente opinio falsa, & cavillatoria nobis apparet. Prodigia promissio vitiosa est; & executio promissionis prodige bona erit? Obligatio orta ex promissione vitiosa efficit ut istius promissionis observantia bo-

na sit? Distinguant alii rem promissam dividuam, & individuum. Si individua, abolvunt omnino promittentem. Si dividua, ab excessu, secus a iusta parte, liberant promittentem. Hæc omnia ut falsa reicimus. Quoniam omnis promissio facta ob turpem finem, nulla est, ut supra demonstratur, & quidem evidentia, fuit. Promissio prodiga duplici ex capite scelerata est, & quia prodiga, & quia ob turpem actum facta. Nulla ergo ex omni parte est.

CAPUT XII.

Plures quaestiones de restituendis rebis acceptis aut ex donatione illicita, aut pro omissione actionum que fieri iure debent.

I. Quæst. I. *Recipiens aliquod ex donatione illicita, reprobatæ pro legem positivam, tenetur ne illud restituere?*

Resp. Plures sunt donationes a legibus improbatæ, ut sunt omnes quæ sunt iudicibus ob iniurias Invenientes, advocatis ob iniurias a defensionem clientium, testibus ob falsum testimonium, siccariis ob homicidia perpetrata, ceterisque pravus hominibus, ut peccata committant, ut fornicatorum, vota violent, ieiunia frangant, bona opera ex precepto debita omittant. Hæc omnia leges improbant. Ergo quidquid recipitur istorum operum patrandorum intuitu, restituendum est aut pauperico, aut dantiibus, aut Ecclesie, aut pauperico. Quæ ob simoniam realem completam donata sunt, in pia opera eroganda sunt, lege sic praescribente.

II. Salmanticensis tractat. xiiii. cap. 1. punct. 7. num. 169. primo loco statuit tanquam certum, eiusmodi promissis donationes, iure naturali spectato, validas esse; & promittentem teneri illas implere, & promissarium a rebis acceptis restituendis immutari fieri, postea flagitiosus opere. Idque a memine negatum auctorit. Hoc quod primo loco tanquam certum statuant Auctores isti, ex his que diximus supra, scilicet promissiones eiusmodi iure naturali nullas esse, falsum evincitur.

III. Quæstio itaque est, utrum vi legis positivæ prohibentis eiusmodi promissiones, & donationes restitui fieri debeat? Duplex reperitur opinio, quam utramque probabilis reputant laudati Salmantenses. Prior negat restitutionem debentem: quia tales leges in foro tantum exteriori obligant, secus in foro conscientie. Hæc opinio mihi improbabilis est; & opposita sententia sola probabilis, ac vera